Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26089
Copyright: Admont, Benediktinerstift



legitimi. Resipisce tandem iudee resipisce. et ad re
demptorem et iam tuum deposita infidelitate cum uertere
Holi sceleris tui immanitate terreri. non iustos xpc s;
peccatores uocat. nec impietatem tuam repellit. qui pro
te cum crucifixus esset orauit. In mitem crudelium pa
trum tuorum solue sententiam. neq; te eorum maledicto patia
ris astringi. qui clamantes de xpo sanguis eius sup nos
et sup filios nros. facinus in te sui criminis transfude
runt. Redite ad misericordem. ut mini clementia re
mittentis. Seuitia enim uerem iniquitatis conuersa est in
causam salutis. Uiuit quem perire uoluistis. Confite
mini negatum ad oratem uenditum. ut uobis bonitas illius
prosit. cui uera malignitas nocere non potuit. Quod ergo ad
ueram dilectissimi pertinet caritatem quam et iam inimi
cis nris ex dominica oratione debemus. et optandum
nobis est et studendum ut hic ppls qui ab spiritali patrum
nobilitate defecit ramis sui arboris inseratur. Multum
enim nos deo beniuolentia ista comendat. quia ideo delic
tum illorum nobis miscdie locum fecit. ut eos ad emulationem
salutis recipiendam fides nra uocaret. Nam uitam piorum non
solum sibi s; et iam aliis utilem decet. ut quod apud eos
agi non potest uerbis optineatur exemplis. Considerantes
itaq; dilectissimi ineffabilem erga nos diuinorum largitatem
cooperatores simus gre dei operantis in nobis. Non enim dor
mientibus peruenit regnum celorum nec otio desidiaq;